ENASCITUR PHARSALIA

B1

	A quo tempore Nero iniit imperium, cupivit uti frequentius familiaritate Lucani, alacriter disserens cum amico de arte componendi carmina atque interdum descendens cum eo de certamine poetico.
	At cum sensim detegeretur effrenum et intemperans ingenium principis, poeta coepit
5	efficere rariores suos aditus ad aulam et tandem rogavit amicum ut sineret ipsum proficisci Athenas, quo illic altius hauriret praecepta philosophiae, attentius perpenderet opera poetarum Graecorum ac viseret loca celebrata fabulis, cui postulationi, etsi aliquantulum invitus, Nero assensus est.
	Quis autem enarraverit quo gaudio gestiens Lucanus viserit Athenas, ac perpetuos
10	sermones contulerit de re philosophica ac poetica cum doctissimis Graecorum, qua impulsus curiositate atque concitatione animi peragraverit insulas et urbes asiaticas claritate praestantes, trepide revocans mente res gestas heroum ac divorum?
	Nonnumquam certior fiebat de casibus Urbis epistulis atque ita compererat principem, avidiorem in dies plausuum clamorumque plebis, invadi gliscenti cupidine certandi
15	cursibus equorum et se ostendendi publice citharoedum, atque horrens cognoverat illum, ferentem aegrius in dies severam tutelam matris Agrippinae, eo immanitatis processisse ut adimeret vitam matris.
	«Ego atque Burrus — sic ei patruus scribebat in quadam epistula — conamur regere, pro viribus nostris, Neronem eique quaedam concedimus, quo obsecundet nobis
20	libentius in rebus maioris momenti, at plectimur acerba aegritudine quotiens comparavimus sperata cum praesentibus».
	Tertium iam annum aberat poeta Romā cum, ineunte vere, accipit a Nerone urbanum epistolium: «Iam satis reor te hausisse ab aurea Graecia; revertere tandem ad adipiscendam hic Romae novam poeticam gloriam».
25	Plane intelligit Lucanus se non posse praeterire invitationem principis, ideoque decernit decedere Athenis Urbemque revisere, hinc affectus quodam angore quod sit sibi abrumpenda gratissima commoratio, illinc vero id accipiens haud illibenter, si quidem reditus sit sibi oblaturus occasionem iterum amplectendi familiares, rursum audiendi magistros carissimos et redintegrandi cum amicis coniunctiorem amicitiam.

1. Si inseriscano negli spazi vuoti le 8 parole mancanti scegliendole fra quelle inserite in calce e declinandole o coniugandole opportunamente. (8x1 punti)

Cum Nero princeps factus esset, libenter disputabat cum poeta Lucano de arte poetica et certabat cum eo in ludis poeticis. Sed Lucanus, … intellexit principis animum impotentem atque immoderatum, rarius amicum visit; … ab imperatore petivit ut Athenas iret ut non solum penitus philosophiam et litteras Graecas …, sed etiam quae leguntur in antiquis

carminibus … . … accidit dum tertium annum Nero eum Romam revocavit. … amicos qui Romae vivebant, inter … patruus suus erat qui temptabat cum Burro imperatoris animum regere, certior factus est Neronem vitia sua exacerbare. Ille cupiebat vulgi plausum, certabat in cursibus equorum, … omnibus canebat et male ferebat matris suae tutelam adeo ut eam necaverit. Quare cum Nero Lucanum comiter exhortatus est ut Romam rediret et antiquos usus resumaret, Lucanus paruit, affectus secessione, sed etiam laetus quod amicos et magistros revisurus esset.

1. Qui, quae quod
2. perdisco, is didici, ere
3. per
4. coram
5. postquam
6. video, es, vidi, visum,ere
7. quos
8. denique

2. Nel contesto proposto che cosa significano le seguenti espressioni? (10x1 punti)

1) *sensim* (r. 4):
   - ☐ moderatamente
   - ☐ a poco a poco
   - ☐ sensibilmente
   - ☐ con i sensi
2) *invitus* (r.8):
   - ☐ invitato
   - ☐ allettato
   - ☐ malvolentieri
   - ☐ incontro
3) *nonnumquam* (r.13)
   - ☐ talvolta
   - ☐ mai
   - ☐ sempre
   - ☐ in qualche modo
4) *patruus* (r.18)
   - ☐ zio paterno
   - ☐ nonno paterno
   - ☐ cugino da parte di padre
   - ☐ del padre
5) *momenti* (r.20)
   - ☐ di un momento
   - ☐ dello spazio
   - ☐ del mutamento
   - ☐ di importanza

6) *aegritudine* (r.20)
   - ☐ da malattia
   - ☐ da rabbia
   - ☐ da timore
   - ☐ da ansietà
7) *urbanum* (r.22)
   - ☐ cittadino
   - ☐ sfacciato
   - ☐ gentile
   - ☐ arguto
8) *praeterire* (r.25)
   - ☐ oltrepassare
   - ☐ omettere
   - ☐ ignorare
   - ☐ sfuggire a
9) *illibenter* (r.27)
   - ☐ malvolentieri
   - ☐ volentieri
   - ☐ con piacere
   - ☐ con gioia
10) *commoratio* (r.27)
   - ☐ ricordo
   - ☐ soggiorno
   - ☐ commemorazione
   - ☐ ritardo

3. Si scelga la risposta corretta, nel rispetto del brano proposto (5x1 punti)

1) r. 6 *quo* è:
   a) un avverbio di moto
   b) ablativo di quid
   c) ablativo di quod con significato “affinché”
   d) ablativo di quod con significato “dove”

2) r. 9, *enarraverit* è:
   a) un congiuntivo dubitativo
   b) un congiuntivo potenziale
   c) un indicativo futuro anteriore
   d) un congiuntivo concessivo

3) r. 10, *qua* è:
   a) un avverbio di moto
   b) un avverbio limitativo
   c) un relativo che si riferisce a *re philosophica ac poetica*
   d) un relativo che si riferisce a *curiositate*

4) r. 23, *revertere* è:
   a) un infinito presente dipendente da *reor*
   b) un infinito sostantivato
   c) un imperativo presente
   d) un indicativo presente 2^ singolare

5) r. 26, *affectus* è:
   a) Un participio perfetto, nominativo singolare di *afficio*
   b) Un genitivo singolare di *affectus*
   c) Un accusativo plurale di *affectus*
   d) Un nominativo singolare di *affectus*

4. Si individui il riassunto che meglio corrisponde al testo (1x4 punti)

- Nonostante l'assidua frequentazione con l'imperatore Nerone e la partecipazione alle tenzoni poetiche che numerose si svolgevano a Roma stimolassero la sua attività letteraria, Lucano chiese a Nerone di poter approfondire i suoi studi ad Atene. L'imperatore non malvolentieri concesse tale permesso, ed egli molto viaggiò tra Atene, isole e città dell'Asia. Mentre si immergeva in storie di dei ed eroi continuava a ricevere notizie da Roma: veniva così a sapere che, peggiorando sempre più i vizi che già da tempo erano manifestati, Nerone tanto mal sopportava il controllo serrato della madre da ucciderla. Anche Seneca gli scrisse che lui e Burro con molta fatica cercavano di guidarlo. Dopo tre anni di assenza da Roma, infine, contro il volere di Nerone che temeva il rivaleggiare con lui, rientrò a Roma, molto dispiaciuto di dover interrompere il soggiorno ma più spaventato dalle reazioni dell'imperatore di fronte a un suo eventuale rifiuto.
- Per un certo tempo Nerone e Lucano si confrontarono sull'arte poetica e gareggiavano in ludi letterari, poi Lucano, resosi conto dell'animo sfrenato dell'imperatore, chiese a costui il permesso di poter approfondire i suoi studi ad Atene. Ottenutolo, molto viaggiò tra Atene, isole e città dell'Asia, approfondì i suoi studi filosofici e rivisse le gesta di dei ed eroi. Intanto però continuava a ricevere notizie da Roma: veniva così a sapere che, peggiorando sempre più i vizi che già da tempo erano manifestati, Nerone tanto mal sopportava il controllo serrato della madre da ucciderla. Anche Seneca gli scrisse che lui e Burro solo con molta fatica cercavano di guidarlo. Dopo tre anni di assenza da Roma, infine, dietro pressante esortazione di Nerone rientrò nell'Urbe, felice di poter ritrovare i suoi effetti, per quanto dispiaciuto di dover interrompere il soggiorno

- Per un certo periodo Nerone sfruttò l'amicizia di con il poeta Lucano per ottenere il suo intento di spiccare nell'arte poetica, poi Lucano, spaventato di fronte al suo animo sfrenato, chiese a Nerone il permesso di potersi trasferire ad Atene. Ottenutolo, nonostante qualche resistenza da parte dell'imperatore, molto viaggiò tra Atene, isole e città dell'Asia. Mentre si immergeva in storie di dei ed eroi continuava a ricevere notizie da Roma: veniva così a sapere che per il desiderio di compiacere la plebe in ogni modo, Nerone era arrivato al punto di far uccidere la madre che da tempo cercava di tenerlo a freno. Anche Seneca e Burro gli confermarono queste voci, mentre cercavano con ogni mezzo di guidare Nerone alla virtù. Dopo tre anni di assenza da Roma, infine, sul far della primavera, dietro pressante esortazione di Nerone Lucano rientrò a Roma, felice di poter ritrovare i suoi effetti, per quanto dispiaciuto di dover interrompere il soggiorno.

5. Si trasformino le seguenti frasi ricavate dal testo, rispettando i suggerimenti forniti (4x2 punti)

1. r. 1, Cupivit uti familiaritate = cupit ut _____
2.
3. r. 9, Quis … enarraverit = Nescio quis _____
4.
5. r. 22, ineunte vere = (cum narrativo)

6. r. 23-24, *ad adipiscendam …. novam poeticam gloriam* = _____gratia

6. Si indichi se le seguenti affermazioni sono da considerarsi vere (V) o false (F) (5x1 punto)

	V	F
1. Lucanus insulas et urbes Asiaticas visitavit ut epicum carmen scriberet	☐	☐
2. Lucanus Athenas profectus est, etsi principis ingenium effrenum fuit	☐	☐
3. Lucanus vetitus est cum poetis certare	☐	☐
4. Nero dicebatur matrem necavisse.	☐	☐
5. Lucanus non vult amicos videre, cum Romam redeat	☐	☐

B2

Si traduca il brano seguente:

Cum ascendisset navem in Piraeo portu, Lucanus post aliquot dies maritimi cursus, flatibus ventorum usque faventibus, invehitur in portum Hostiae. Equo insidens, properat citato cursu Romam versus ac brevi ingreditur Urbem et contendit domum per vias stipatas ingenti et undanti turba.
Exceptus effusa et iucundissima laetitia, cito festinat ad regiam, ubi Nero, amplexatus peramanter amicum, ei fervide nuntiat se instruere illis diebus ludos, in quibus certent poetae, musici, athletae, qui ludi celebrent primum quinquennium sui imperii.
«Sic tandem - subicit concitate — in Urbe quoque eximia illa ludicra, quae iam diu exoptabam ut deducerentur huc Romam, agitabuntur amplissimo apparatu. Tu quoque aderis ut unus ex poetis decertantibus».
Lucanus qui, Neronem amplectens, sibi temperare non potuerat quin motu horroris, etsi levi, afficeretur, premens ad se corpus eius qui ausus erat necem inferre matri suae, tamen pollicetur se interfuturum certamini.
«At praeterea — pergit princeps — audi quae iamdudum voluto mente mea. Planescis Aeneida esse prolaturam in venientia saecula gloriam Augusti; quid si ex tuo acri atque uberi ingenio exoriatur heroicum poema, quod conectat aeterno vinculo gloriae meum nomen nomini tuo?»
«Non video quid causae sit cur id recusem — respondet poeta, ac brevi interposita mora, resumens iterum sermonem: «quidni autem, neglectis memoriis vetustae antiquitatis, ego pangam memorabiles eventus annorum recentiorum. Sic fiat ut eius modi carmen, potius quam alliciat et rapiat mentes legentium eas contra edoceat atque excolat, aperiens varios et ancipites casus atque specimina vitiorum et virtutum virorum propioris aetatis».

Si risponda in Latino alle seguenti domande sul brano (4x5 punti)

1) QuId facit celerem Lucani cursum Romam versus?
2) Quomodo Nero Lucanum accepit post eius reditum?
3) Cur Lucanus assensus est Romae decertare, post suum reditum?
4) Quid censet Lucanus cum Nero ab eo petit ut scribat heroicum poema quod laudibus ambo celebret?